

tur inquit quo uultis proicite. Ego enim minime fletus admitto sic postem tenens consecrationem peragit: & dedicat templum: fuerat autem id nuntium haud uerum: Sed id marcus mentitum quo horatium ab eo munere deterreret: Mirifice igitur constantem se prebuit: siue non crediderit factum: consuetamque rem breui cognouerit: siue tantum roboris animo fuit: ut credita re non moueretur. Videtur autem secundum quoque templum simili fortuna fuisse: Primum enim ut diximus a tarquinio edificatum: dedicauit horatius: bellis autem civilibus igni consumptum est. At secundum instaurauit quidem syllas: dedicationi autem est catulus inscriptus: syllas morte intercepto. Hoc autem rursus in uitelli seditionibus ac dirutum: Tertio uespasianus ea qua in caeteris felicitate usus de integro reficere aggressus: opus perfecit. Sed instructi de inde a se templi euersionem non uiderit: sed tanto syllae fortuna praestitit: quod illum mors ante consecrationem eripuit: hic ante desolationem decessit. Vna enim cum uespasiani interitu inflammatum capitolium incensumque est: hoc autem quartum a domitiano perfectum & consecratum est. Dicitur autem tarquinius in fundamenta templi: quadraginta milia argenti librae impendisse: huius uero quod nostris temporibus romae est: prouate diuitie omnes si quis ratioocinetur: ne ad deaurationem quidem sufficerent: cum duodecim milia talentorum impensa excesserit. Columnae eius templi expendelesio lapide excusae sunt: crassitudineque: habent optime longitudini congruentem. Vidimus quidem ipsa olim athenis: sed rursus romae extenuate atque expolite: non tantum ex scultura ornatum acceperunt: quantum mensurarum conuenientiae amiserunt: cum suo decore & specie uacuae atque exinanite appareant: Quod si quis capitolii sumptuositatem miratur: uel si uenam in domitiani domo porticum: aut basilicam: aut balneum: aut concubinarum dietam uidisset: profecto quale est illud epycharmi contra profusum dictum: non beneficiis tui quidem morbo afficeris: effunderis: gaudes: & ut mydas ille aurea tibi omnia esse cupis. Sed de his satis. Tarquinius igitur post magnum illud praelium: in quo